

esse contra nunquam vitia videri? Est enim suppositum, fieri non posse, ut eadem ad idem opus modo vitia, modo sint inutilia. Atqui, inquit, hæc tibi, & mihi constituta ratio, si quidem eadem ad idem aliquando sint vitia, nunquam contra accidere posse, ut sint inutilia. nunc autem præterea aliquas malorum rerum actiones, aliquas verò bonarum esse dicerem. An igitur fieri potest, ut res mala ad aliquid rei bonæ actionem sit vitis? Fieri non potest, ut mihi videatur. Res verò bonas nonne hæc dicimus esse, quas homo per virtutem facit? Dicimus. An fieri potest, ut homo discat aliquid horum quæ sermone traduntur, si profus auditu, vel alio quopiam sensu sit priuatus? Haud hercle mihi videtur. Nonne igitur apparet auditum nobis ad virtutem vtilem esse, siquidem virtus auditu acquiritur, eoque nos ad disciplinas vtur? Apparet. Si Medicina potest agrotum morbo liberare, an interdum nobis & Medicina vitis ad virtutem videatur, si quidem auditu sepe per Medicinam recuperatur? Nihil prohibet. An præterea, si & Medicinam pecuniis acquiramus, nobis & pecuniæ vitæ ad virtutem videantur? Videantur. An idem quoque de eo dicendum est, quo pecuniis acquirimus? De omnibus his idem est profus dicendum. An igitur homo tibi videtur ex rebus malisque, & turpibus argentum sibi comparare, quo Medicinæ scientiam adipsæ acquirat, quæque possit, quam prius non possit, audire: illo verò ipso ad virtutem, vel ad alia quædam huiusmodi uti posse? Mihi sanè quidem videtur. Non igitur res mala ad virtutem sit vitis? Non sit. Quod utique necesse non sit ea, per quæ vitia ad singula acquirimus, & ipsa ad illa eadem vitia esse. Res enim malæ interdum ad aliquid boni sit vitæ esse videntur. Sed in hoc etiam magis deprehenditur. Nam si hæc ad singula vitia sunt, sine quibus illa non fiunt, nisi prius hæc adfint, age, vide, quid huiusmodi de rebus dicas. An fieri possit, ut inscientia ad scientiam sit vitis, vel morbus ad sanitatem, vel vitiositas ad virtutem? Haud equidem dicam. At hoc tamen nos affirmamus, illi scientiam inesse non posse, cui prius inscientia non affuerit: nec sanitatem cui morbus: neque virtutem, cui vitiositas. Ita est, inquit, ut mihi videtur. Nonne sequi necessarium videtur, ut ea, sine quibus aliquid fieri non possit, & ipsa ad id vitia sint? Nobis enim inscientia ad scientiam, & morbus ad sanitatem & vitiositas ad virtutem vitis ita videri possit. His ille rationibus nullam profus fidem habebat, si non hæc omnia vitia essent. Verum ego cognoscens ei persuadere idem esse, ac lapidem, quod dicitur, elixare, sed hocce, inquam, sermones mittamus, postquam nec consentire, nec affirmare possumus, vitia hæc vitia, & pecuniæ sint vitæ. De illo verò quid dicemus? Vtrum felicior, & potentior existimamus hominem esse, si quam plurimis ad vitium, & vitium rebus necessariis, an si quam minimis, & quam paucissimis indigeat? Hoc verò fortasse sic optime spectari possit: si quis hominem in ipso homine contemplans, considerat, uter status sit potior, quando is ægrotat, an quando valet. Ad hoc, inquit, multa contemplatione non eget. Fortasse enim, inquam ego, quiuis homo id, quod in promptu est, intelligat, hominis valentis statum longè meliorem esse, quam ægrotantis. Sed vtrum pluribus, & magis variis rebus egemus, quando ægrotamus, an quando valeamus? Quando nos ipsi nobis

ipsis peius sumus affecti, nonne tunc in nobis cupiditates, & indigentia, quod ad corporis voluptates attinet, & vehementiores sunt, & plures? Sunt. Idem quoque, si duo sint, est dicendum. Ut enim homo vnus ipse se ipso tunc melius habere videtur, quando minimis rebus indiget: sic quoque fiet, si duo sint homines, atque hic quidem pauca, nec vehementer cupiat, neque his multum eget: ille verò multa & valde desideret, eorumque indigeat: qualia sunt illa, quæ exercent alatores, vinolenti, & helleuones, quæ quidem omnia nihil aliud sunt, quam cupiditates. Nihil. Cupiditates porro omnes nihil aliud sunt, quam rerum quarundam indigentia. Homines igitur, qui plurimis ex his sunt affecti, in peiori statu sunt, quam qui nullis, vel quam paucissimis affecti sunt. Sanè quidem. Huiusmodi igitur homines esse vel valde malos existimo, & quanto magis sunt huiusmodi, tanto peiores. Nonne igitur nobis videtur, fieri non posse, ut hæc nobis ad hoc sint vitia nisi & nos his ad hoc indigeamus? Ita censet. Necessarium est utique, si quis eam hæc nobis ad corporis curam in his, quibus opus est, vitia sint futura, & nos his ad hoc simul indigere. Mihi sanè videtur. Nonne igitur eum, cui plurima ad hoc sint vitia, & ipsum plurimis indigere constat, si quidem necesse est omnibus his, quæ vitia sunt, indigere? Cõstat, ut ego iudico. Necessarium quoque ex hæc ratione esse constat, eos quibus multe sint pecuniæ, & ipsos ad corporis curam multis rebus necessariis indigere. Nam quæ sunt ad hoc vitia, esse pecuniis nobis apparuit. Quare necesse est, ut nobis distissimè, quando plurimis rebus egeant, pessime affecti esse videantur.

DEFINITIONES.

VI.

AETERNITAS est, quæ per omne tempus ante fuit, nec in presentia finitur. Deus, animal immortale ad beatè viuendum seipso contentum: vis fœdera, & bonæ & naturæ causa. Ortus, motus ad eam naturam, quæ dicitur: naturæ adeptio: eò, ubi possit esse, profectio. Sol, celestis ignis, qui solum ab ortu vsque ad occasum idem videtur: animal æternum, & animatum: altum maximum de die lucens. Tempus solis motus: mensura celestis conuersionis. Dies, solis ab oriente ad occidentem iter. Lux, id quod nocti est contrarium. Aurora, diei principium: prima lux à sole profectio. Meridies, tempus, in quo corporum vixit sunt minime. Occasus, diei finis. Nox tenebræ, diei contraria: solis priuatio. Fortuna ex incerto ad incertum transitus, & felicitatis fortuita causa. Senectus, animi defectio à tempore facta. Spiritus, aeris circū terram motus. Aer, elementum, cuius omnes motus in loco facti, secundum naturam sunt. Cælum, corpus omnia, quæ sensu percipiuntur, præter ipsam aerem summum, complectens. Animus, id quod ipsum seipsum mouet: causa motus vitalis animalium. Potentia, id, quod per se facit. Aspectus, habitus corpora discernens. Os, medulla calore concreta. Elementum, id, quod componit, & composita dissoluit. Virtus affectio animi, vel optimus mortalis animalis habitus sponte sua laudabilis

lis: habitus, quem qui tener, bonus dicitur. Communitas, legum iusta dispositio, quam quicumque est adeptus, si modo sit optime affectus, honestus appellatur: habitus bonas legum lationes efficiens. Prudentia, vis, quæ per se homini felicitatem comparat: habitus bonarum, & malarum: scientia, quæ dat felicitatem: habitus, quo iudicamus, quid faciendum sit, & quid vitandum. Iustitia, animi in seipso concordia, & in ipsius animi partibus inter se, & secundum ordinis conseruatio: habitus suam cuique tribuens dignitatem: habitus, quem qui cõsecutus est, eligit, facitque libenter ea, quæ iusta sibi videntur: habitus in vita legi parens: æquitas communicans: habitus rectis legibus obediens. Temperantia, animi moderatio ad eas cupiditates, & voluptates, quæ in ipso natura sunt, moderandas accommodata: congruens modus, & rectus animi ordo ad naturales voluptates, & dolores sedandos: concensus animi quidam, & consensus ad imperandum, & parendum: actio sua sponte naturæ congruenter agens: ordo rectus animi: animi quasi sermo de rebus honestis, & turpibus ratiocinans: habitus, quo qui prædictis eligit, quæ sunt eligenda, & cauet quæ sunt cauenda. Fortitudo, habitus animi, qui nullo metu moueri potest: magnanimitas bellica: robur bellicarum scientia: constantia, & firmitas animi in his rebus, quæ formidolose, grauèque sunt, obeundis: fidentia prudentiæ obtemperans: præstans animi robur in mortis expectatione: habitus rectas cogitationes in periculis conseruans: robur periculosæ par: robur constanter ad virtutem tendens: tranquillitas animi in his rebus, quæ grauè, horribilèque iure videntur: incertarum opinionum de rebus aduersis liberatio, & belli experientia: habitus stabilis legi parens. Constantia, vis dolorem sustinens: rectæ rationis comes: vis inuicta eius, quod recta cogitatione comprehensum est. Beatitudo, perfectio possessionis bonorum: habitus, quem qui habent, ipsi sibi ipsi imperant. Acquitas, rerum iustarum, & vtilium diminutio: in commerciis moderatio: ordo rectus animi ratione vrentis ad honesta, & turpia. Tolerantia, perpessio malorum propter honestatem: habitus perferendi labores honestatis causa. Fidentia, nullus mali expectatio: firmitas in malo presentia. Hilaritas, habitus, qui prohibet, ne nos in microscopis delabamur. Studium laborandi, habitus id, quod prius faciendum sumperis, perficiens: perpessio voluntaria: habitus laborem nunquam reprehendens. Pudor, audacis cessio voluntaria, iuste ei, quod optimum videtur, locum dans: optimi comprehensionis voluntarie facta: iusta reprehensionis vitatio. Libertas, vitæ principatus: summa in seipso cuiuslibet rei potestas: in vnoquoque sita potestas viuendi, ut veli: libera facultas opibus vsu, & possessione fruendi. Liberalitas, affectio, & studium lucrandi, ut decet: accessio, vel possessio diuitiarum iusta. Mansuetudo, sedatio motus, qui ab ira solet excitari: temperatio animi moderata. Venustas, voluntarius ad id, quod optimum videtur, accessus: modestia in corporis motu. Felicitas, bonum ex omnibus bonis compositum: vis ad bene viuendum se ipsa contenta: perfectio à virtute profecta: auxilium animalis per se satis idoneum: Magnificencia, amplitudo à grauissima mentis agitatione, & propositione profecta. Industria, bona in doles animi, quam qui habet, solers est ad id

omne, quod opus sit, ex cogitando: acumen mentis. Bonitas, morum cum beneficentia integritas: morum ardens studium. Honestas, habitus, quem qui habet, cupidè, & libenter, quæ honesta sunt, facit. Magnitudo animi, vsus in his, quæ accidunt, ciuilibus magnificencia animi cum ratione. Humanitas, morum habitus ad hominis amicitiam valde propensus: habitus in homines beneficia confersens. Pietas, iustitia erga Deos: virtus Deos colens: voluntaria religionis Deorum suscepcio: recta cultus Deorum scientia: bonum, quod sua ipsius causa appetitur. Securitas, habitus nos à timore prohibens. Vacuitas perturbationum, habitus id agens, ne nos in perturbationes incidamus. Pax, hostilium contentio quies. Desidia, otium animi: impetus animi vacuitas. Solertia, habitus, quem qui habet, idoneus est ad proprium finem coniectura consequendum. Amicitia, de rebus honestis, & iustis voluntatum consensio: electio vitæ eisdem considerata: de eligendo, & sciendo opinionum consensus: voluntatum ad vitæ communitatem cum beneuolentia coniunctio: dandi, & accipiendi beneficij communitas. Generositas, generosi moris virtus: animi ad rationes, & actiones facilis inductio. Heresitas, recta comprobatio. Beneuolentia, electio: complexus hominem cum homine copulans. Cognatio, eiusdem generis communio. Concordia, rerum omnium, quæ verè sint, communitas: sententiarum, & opinionum quasi contentus. Comitas, demonstratio perfectæ. Ciuilitas scientia, rerum honestarum, & vtilium scientia: scientia iustitiam in ciuitate constituens. Sodalitas, amicitia inter æquales consuetudine cõsiliata. Cõsiliu bonum, vis cogitationis innata. Fides, opinio recta, rem ita, ut ipsi videtur, habere: certa veri comprehensio. Veritas, habitus, qui in affirmatione, & negatione versatur: rerum verarum scientia. Voluntas, desiderium recta cum ratione: appetitio rationi conseruata, appetitio naturalis cum ratione. Consiilij datio, ad monitio ante actionem, alteri præscribens, quo modo agere oporteat. Occasio, temporis præscriptio, in quo pati, vel agere oporteat. Cautio, mali declinatio: cura conseruandi sui. Ordo, actionis rerum omnium, quæ inter se conuertuntur, similitudo: cõmunitatis proportio: rerum omnium, quæ inter se comparantur, causa: proportio ad discendum accommodata. Attentio, animi ad perscrutandum contentio. Indoles bona, discendi celeritas: procreatio naturæ bona: virtus naturalis. Docilitas, indoles animi ad discendi celeritatè. Iudicium, euentus rei, de qua ambegebatur, ratus. Lex, de rebus iustis, vel iniustis disceptatio. Legum recta institutio, in legibus honestis obtemperatio. Læritia, in temperantia operibus gaudium. Honor, bonorum, quæ in virtutis actionibus dantur, donatio: dignitas ex virtute comparata: grauitatis species: autoritatis conseruatio. Alacritas, voluntatis ad agendum propensio significatio. Gratia, beneficentia voluntaria in officij tribuendi tempore boni remuneratio. Consensus, imperantium, & parentium opinio, imperandum, & parendum esse. Respublica, multitudinis hominum cõmunitas se ipsa ad bene viuendum contenta: cõmunitas multitudinis legibus constituta. Prouidencia, ad quædam futura preparatio. Consiilium, de rebus futuris, ut expediat consideratio. Victoria, vis in certamine superans. Perspicencia, facultas eius, quod

cogitatur, assequendi. Donum, gratia commercium. Martirius, ad rem vilem temporis occasio: tempus ad aliquid boni conficiendum simul adiuvans. Memoria, affectio animi veritatem, quae in ipso est, cultodians. Consideratio, cogitationis contentio. Intelligentia, scientiae principium. Castimonia, vitiorum, quae Deos offendunt, cautio: cultus Deorum cura naturalis. Variatio, scientia sine demonstratione, quid agendum sit, ante significans. Divinatio, scientia id, quoad adest, & quod euenturum est animal: mortali perspicies: Sapientia, scientia non supposita: rerum diuinarum scientia: scientia rerum causam contemplans. Philosophia, scientiae rerum diuinarum appetitio: veritatis quo pacto veritatis sit, contemplatio: cura animi cum redactione. Scientia, animi perceptio, quae ratione reflexi non potest: vis aliquid, aliquidque ita suscipiens, ut nullo modo possit dimittere: ratio veritatis in cogitatione immutabilis. Opinio, suspitio, quae ratione confutari potest: ratio cinandi imperius: cogitatio per rationem in falsum, & verum incidens. Sensus, animi impulsio: mentis motus: animi nuntius per corpus ad extremas hominum partes proficiscens, a quo vis animi rationis expers, cognitio nis particeps per corpus efficitur. Habitus, affectio animi, quae, quales simus, dicimur. Vox, fluxio a cogitatione per os egrediens. Sermo, vox, quae scribi potest, & vnamquamque rem explicat: dictio ex nominibus, & verbis sine cantu composita. Nomen, dictio simplex, quae cum id, quod de vi dicitur, ea quam *verba* vocant, tum omne, quod non per se dicitur, significat. Dictio, vox hominis, quae scribi potest, & signum quoddam commune sine cantu re declarat. Syllaba, humanae vocis articulus, qui scribi potest. Definitio, ratio ex differentia, & genere composita. Indicium, rei latentis demonstratio. Argumentum conclusio, ratio, quae argumentando colligit veritatem: ratio ex rebus ante perceptis aliquid demonstrans. Elementum, vocis vox simplex: causa aliis vocibus vt voces sint. Vtile, id, quod causa est, vt commodo aliquo afficiamur: causa boni. Conducens, id, quod ad bonum ducit. Honestum, bonum. Bonum, causa, vt ea, quae sunt, seruentur: causa rei omnis, quae spectat ad ipsum, a quo proficiuntur omnia, quae sunt eligenda. Temperantia, animi moderatio. Iustum, legis institutum iustitiam exercens. Voluntarium, quod seipsum innuat: quod per se eligitur cogitatione perfectum. Liberum, quod in se ipsum dominatur. Mediocre, quod est inter superlatiorem, & defectiorem medium, & quod in arte satis est. Mediocritas, superlatiorem, & defectiorem medium. Palma, virtutis premium: id, quod sua ipsius causa est optabile. Immortalitas, natura, quae *verba* dicitur, animata, & perpetua mansio. Sanctitas, Dei cultus: res Deo grata. Dies festus, tempus sacrum, secundum leges indictum. Homo, animal sine pennis, bipes, vngues latos habens, quod solum rerum scientiam, quae ratione traditur, apprehendit. Sacrificium, donum ad rem sacram Deo dicitur. Votum, petitio, qua petunt homines a Diis bona, vel quae bona videntur. Rex, is, qui liber a reddenda ratione secundum leges imperat: ciuilibus institutionis princeps. Magistratus, cura totius: potestas: legis procuratio. Legumlator, effector legum, quibus Remp. administrare oporteat. Lex, scriptum multitudinis ciuile ad nullum tempus definitum. Argumentum, principium non perfectum demon-

strans: orationis collectio summam in facta. Decretum, edictum ciuile ad aliquod tempus definitum. Politicus, Reip. constituendae peritus. Ciuitas, domicilium multitudinis hominum, qui communibus decretis vtantur: multitudo hominum, qui sub eadem sint lege. Ciuitatis virtus, optima Reip. constitutio. Bellica virtus, belli gerendi scientia. Belli societas, belli communitas. Salus, securi status comparatio. Tyrannus, dominus ciuitatem ad suum ipsius arbitrium gubernans. Sophista, qui iuuenes diuites, & gloriosos mercedis causa quasi venatur, & captat. Diuitia, possessio ad bene viuendum moderata: pecuniarum, quae simul ad bene viuendum spectent, copia. Deposita, res cum fide data. Purgatio, rerum pessimarum ab optimis secretio. Vincere, contendendo superare. Bonus homo, talis, qui bene de hominibus mereatur. Temperans, qui moderatas cupiditates habet. Continentis, qui partes animi recte cogitationi aduersantes vincit. Honestus, qui perfecte est bonus: qui suam ipsius virtutem habet. Conscientia, tacita cum merore cogitatio. Difficultas discendi, ad percipiendum discipulorum tarditas. Principatus, iustus dominatus reddenda ratione liber. Philosophie contemptio, habitus, quem qui habet, rationem odit. Timor, animi in mali expectatione conturbatio. Iracundia, appetitio sine cognitione vehemens, & violentia: significatio ordinis in animo perturbati. Conturbatio, in mali expectatione timor. Assentio, colloquium, quod fit ad voluptatem, fallax, & improbum: habitus ad voluptatem colloquendi mediocritatem superans. Ira, iracundiae ad vltimum cohoratio. Iniuria, iniustitia ad ignominiam ferens. Intemperantia, habitus praeter rationem violentus, ad ea quae iucunda videntur, trahens. Pigritia, principij laborum fuga. Ignauia, causa primam rei alicuius appetitionem faciendae reprimens. Disputatio, amicorum in sermone dissentio. Martirius, tempus, in quo vnaqueque res ad patiendum, vel faciendum, est idonea. Iniustitia, habitus leges despiciens. Indigentia, bonorum defectio. Verecundia, in expectatione ignominiae metus. Arrogantia, habitus bonum, vel bona, quae non sunt, arrogans. Peccatum, actio praeter rectam rationem. Inuidia, ingratitude ex amicorum bonis, quae vel sint, vel olim futura sint. Impudentia, habitus animi ignominiam lucti causa ferens. Audacia, confidentia ad timores, ad quos opus non est, abundantia. Ambitio, habitus animi ad omnem sumptum propensus, & sine cognitione liberalis. Malum naturum, vitium in natura, & peccatum naturale: morbus in natura insitus. Spes, boni expectatio. Insania, habitus veram perceptionem corruptens. Loquacitas, inconsiderata sermone intemperantia. Contrarietas, rerum, quae sub idem genus fecerunt aliquid differentiam cadunt, maxima distantia. Res non voluntaria, res, quae praeter cogitationem perscitur. Institutio, vis animum curans. Eruditio, disciplinax traditio. Legumlator, scientia ciuitatem firmam constituens. Admonitio, sermo cum oburgatione ex animo factus: sermo peccati aduerendi causa institutus. Auxilium, mali praesentis, vel imminuentis propulsatio. Castigatio, animi in delicto, quod committitur, curatio. Potentia, in actione, vel in sermone praesentia: habitus, quem qui habet, potens est: vis hominem naturaliter seruans, vel tutum efficiens.

Parti

PARTICVLA TIMÆI
PLATONIS A M. TVLLIO CON-
VERSA, RESPONDENS IIS
LOCIS QUOS IN MARGINE
NOTAVIT.



VID est quod semper sit, neque vllum habet ortum? & quod gignatur, nec vnquam sit? quorum alterum intelligentia & ratione comprehenditur, quod vnum atque idem semper est: alterum quod affert opinionem per sensus, rationis expers, quod torum opinabile est, id gignitur, & interit, nec vnquam esse verè potest. Omne autem quod gignitur, ex aliqua causa gigni necesse est. Nullus enim rei causa remota, reperiri origo potest. Quocirca si is qui aliquid minus efficere molitur, eam speciem quae semper eadem est, intuebitur, atque eam sibi proponet exemplar, praclarum opus efficiat necesse est. Sin autem illam quae gignitur, nisiquam illam quam expectet pulchritudinem consequetur. Omne igitur cælum siue mundus, siue quouis alio vocabulo gaudet, hoc à nobis nuncupatus sit: de quo id primum consideremus, quod principio est in omni quaestione considerandum, semperne fuerit nullo generatus ortus, an ortus sit ab aliquo temporis principatu, quandoquidem ceratur, & tægitur, & est vndique corporatus. Omnia autem talia sensum mouent: sensus autem mouentia quae sunt, eadem in opinacione consistunt, quae ortum habere gignitque diximus. Nihil autem gigni posse sine causis. Atque illum quidè quasi parentem huius vniuersitatis inuenire difficile, & cum iam inuenis, indicare in vulgus nefas. Rursus igitur videndum, ille fabricator tanti operis, vtrum sit imitatus exemplar, idne quod semper vnum & idem & sui simile, an id, quod generatum ortumque dicimus. Atqui si pulcher est hic mundus, si probus eius artifex, profectò speciem aternitatis imitari maluit. Sin fecus, quod ne dictu quidem fas est, generatum exemplum est pro aeterno fecutus. Non igitur dubium quin aternitatem maluerit exequi, quandoquidem neque mundo quicquam pulchrius, neque eius adificatore praestantius. Si ergo generatus, ad id est effectus, quod ratione sapientiaque comprehenditur, atque immutabili aternitate continetur. Ex quo efficitur, vt sit necesse hunc quem certimus mundum, simulacrum aeternum esse alicuius aeterni. Difficillimum autem est in omni conquisitione rationis, exordij. De his igitur quae diximus, haec sit prima distinctio, in omni oratione cum his rebus de quibus explicandum videtur, esse cognationem. Itaque cum de re stabili & immutabili disputatur, oratio talis sit, qualis sit illa, quae neque redargui, neque conuinci potest. Cum autem ingressa est imitata & efficta simulacra, bene agi putat, si similitudinem veri consequatur. Quantum enim ad id quod ortum est, aternitas valet, tantum ad fidem veritas. Quocirca si forte de deorum natura, ortuque mundi differentes, minus id, quod habemus animo, confestimur, vt tota dilucidè & planè oratio exornata sibi consistet, & ex omni parte secum ipsa consentiat: haud sine erit mirum, contentique esse debebitis, si probabilia dicentur. Aequum est enim meminisse, & me qui disscram hominem esse, & vos, qui iudicatis, vt si probabilia dicentur, nil vltra requiratis. Queramus igitur causas quae eum impulserit qui haec machinatus sit, vt originem rerum & molitio-

nem nouam quæreret: Probitate videlicet praestabat, probus autem inuidet nemini. Itaque omnia à sui simili generauit. Haec nimirum gignendi mundi causa iustissima. Nam cum constituisset Deus bonis omnibus explere mundum, mali nihil admiscere quoad natura parceretur, qui quid erat quod in cerendo sensum caderet, id sibi adsumpsit, non tranquillum & quietum, sed immoderate agitatum & fluctuans: Idque ex inordinato in ordinem adduxit. Hoc enim iudicabat esse praestantius. Fas autem nec est, nec vnquam fuit, quicquam nisi pulcherrimum facere cum qui esse optimus. Quam rationem igitur habuisset, reperiebat nihil esse eorum, quae natura cererentur, non intelligens, intelligente in, toto genere praestantius: intelligentiam autem nisi in animo nulla alia in natura posse reperiri, quocirca intelligentiam in animo, animu concludit in corpore. Sic ratus est opus illud effectum esse pulcherrimum. Quam ob causam non est cunctandū proficere, si modo inuestigari aliquid coniectura potest, hunc mundum animal esse, idque intelligens, & diuina providentia constitutum. Hoc posito, quod sequitur videndum est, cuiusnam animantium Deus in fingendo mundo similitudinem fecutus sit. Nullus profectò eorum quidem quae sunt nobis nota animantia. Inchoata enim omnia in quadam genera partita, aut inchoata, nulla ex parte perfecta. Imperfecto autem nec absoluto simile, pulchrum esse nihil potest. Cuius ergo omne animal quasi particula quaedam est, siue in singulis, siue in diuerso genere ceratur, eius similem mundum esse dicamus. Omnes igitur qui omnia ceruntur, & ratione intelligentur animantes, complexu rationis & intelligentiae, sicut homines hoc mundo, & pecudes, & omnia quae sub aspectum cadunt, comprehenduntur. Quod enim pulcherrimum in rerum natura intelligi potest, & quod ex omni parte absolutissimum est, quum Deus similem mundum efficere vellet, animal vnum aspectabile, in quo omnia animalia continerentur, effecit. Reddène igitur vnu mundum dixerimus, an sint plures, & innumerabiles, dictu verius & melius. Vnus profectò, si quidem factus est ad exemplum. Quod enim omnes animantes eos, qui ratione intelligentur complectitur, id non potest esse cum altero. Rursus enim alius animans, qui cum continet, sit necesse est, cuius partes sint animantes superiores. Caelumque hoc simulacrum illius vltimi sit, non proximi. Quorum ne quid accideret, atque vt hic mundus esset animanti absoluto simillimus hoc ipso quod solus atque vnus esset: idcirco singularem Deum hunc mundum, atque vni genam procreauit. Corporeum autem & aspectabile itaque tractabile omne necesse est esse, quod natum est. Nihil porro igni vacuum videri potest, nec verò tangi, quod careat solido, solidum autem nihil quod terra sit expers. Quamobrem mundum efficere moliens Deus, terram primum ignemque iungebat. Omnia autem duo ad coherendum tertium aliquid requiritur, & quasi nodum vinculumque desiderant. Sed vinculorum id est aptissimum atque pulcherrimum, quod ex leatque de his quae attingit quàm maximè vnum efficit. Id optime assequitur, quae Graecè *ἀσπράζια*, Latine (audendum est enim, quoniam haec primū & à nobis nouantur) comparatio proportiove dici potest. Quando enim trium vel numerorum, vel figurarum, vel quorumcumque generum contingit, vt quod mediū sit, vt primum